

inductus sit Elias, quasi ex abrupto, cum parum alicui videri possit locus opportunus, quaerunt interpretes. Lyra ex sententiâ Rab. Salomonis ait occasione mortis filiorum Hielis,

tatis exemplar, assertor veritatis, fidei defensor, doctor Israelis, magister insipientium, refugium oppressorum, pauperum advocatus, iudex viduarum, oculus caecorum, lingua mutorum, ultor scelerum, malorum metus, honorum gloria, virga potentium, malleus tyrannorum, regum pater, sal terræ, orbis lumen, propheta Altissimi, præcursor Christi, Christus Domini, Deus Achab, Baalitarum terror, idololatrarum fulmen.

Hebræi censent Eliæ nomen sumptum ex illâ populi ad Eliam acclamatione: *Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus*, cap. 18, vers. 39; nam antea eum vocatum fuisse *Iaberscyth*, tradunt iidem in Genesi Magnâ cap. 27; hinc S. Hieron. Michææ cap. 5, Elias, inquit; *idem est quod, Dominus Deus*. Audi S. Isidor. lib. 7 Orig. c. 8. « Elias interpretatur, *Dominus Deus*. Ex futuri ergo præsigio sic vocatur. Nam dum alteraretur in sacerdotio cum quadringentis sacerdotibus Baal, invocato nomine Domini, descendit ignis de cælo super holocaustum. Quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam et ait: *Dominus ipse est Deus*. Ex hac ergo causâ tale prius nomen accepit, pro eo quod per eum postea cognoverit populus Dominum Deum; idem et *fortis Dominus* interpretatur, vel propterea quod Achabi adversitatem toleravit. Rursùm, *Elias*, idem est, quod *fortis Domini*, ait S. Hieron., vel *Deus Domini*, ait Pagnin., quia sicut Moyses à Domino constitutus est Deus Pharaonis, Exodi 7, vers. 1, sic ab eodem Elias constitutus est Deus Achabi et Jezabelis; sicut enim Moyses decem plagas cælestes et terrestres infligens Pharaoni, coegit eum dimittere Hebræos, sic et Elias omnia elementa commovit per stupenda miracula, quasi eorum esset Deus et Dominus, quibus Achab et Baalitis perculit, imò occidit.

Aliam causam tropologicam dat S. Ambros. lib. 1 de Cain, c. 2, ubi Eliam hisce elogiis ornat: « Victor passionum, inquit, nec ullis captus illecebris, qui omnem istam secundum corpus habitationem cælestis puritate conversationis obduxerat, mentem regens, carnem subjiciens et regiâ quâdam auctoritate castigans, nomine Dei vocatus est, ad cuius similitudinem se perfectæ virtutis ubertate formaverat, et ideò non legimus de eo sicut de cæteris, quia deficiens mortuus est. » Deo enim persimilis est, qui ab omni vitio purus et sanctus est. Audi S. Dionys. epist. ult. ad S. Joannem Evangelistam, quæst. 10: « Qui cumque viri studiosi sunt, ab omni quidem rerum corporearum voluptate abducuntur; liberi autem ab omnibus malis, Deique amore et impulsu, omnium honorum pacem diligunt et sanctimoniam; atque ab hac vitâ principium futuræ faciunt, cum inter homines angelorum vitam imitentur eum omni animi tranquillitate, Dei nominis appellatione digni cum benignitate cæterisque virtutibus, » etc.

quos extinxit Josue antiqua comminatio, alias minas antiquiores ab Eliâ renovatas in præsentia. Nôrat Achab, et viri alii Israelitæ, Deut. 28, hoc per Moysen à Domino denun-

Rursùm, Eliæ competit fortitudo Dei, quam depingens Isaias cap. 25, 4, ait: *Factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, umbraculum ab æstu; spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem. Sicut æstus in siti tumultum alienorum humiliabis, et quasi calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies*. Simili enim fortitudine Elias dejecit Achab, Jezabelem et Baalitis, juxta illud Eccles. 48, 2: *Irritantes illum (Eliam) invidiâ suâ, pauci facti sunt; non enim poterant sustinere præcepta Domini*. Et paulò post: *Qui dejecisti reges ad perniciem, et confregisti faciliè potentiam ipsorum, et gloriosos de lecto suo*.

Quæres, quæ fuerint eximie virtutes et dotes Eliæ, quibus debellavit idololatram? — Resp.: prima ejus dos fuit vitæ innocentia, austeritas et sanctitas. Audi S. Isidor. lib. de ortu et interitu prophet. c. 35: « Elias, inquit, sacerdos magnus atque propheta, habitator solitudinis, fide plenus, devotione summus, in laboribus fortis, industriâ solers, excellenti ingenio præditus, in exercitatione disciplina rectus, in sanctâ meditatione assiduus, metuque mortis intrepidus. » Secunda Eliæ fuit solitudo et contemplatio. Secedens enim in Carmelum vacabat orationi et contemplationi, ibique Eliseum et alios discipulos collegit, quasi auctor vitæ monasticæ et eremiticæ. Unde Carmelitæ summi nomen et institutum ab Eliâ in monte Carmelo accepisse profitentur, de quo plura c. 18. Tertia fuit ejus dicendi et arguendi libertas, quâ inter cætera ait Achab regi et Jezabeli in faciem, quod venundati sunt sub peccato, et quod Deus omnem eorum stirpem excindet, quodque canes lingent sanguinem Jezabelis, c. 21, 20. Quarta, invicta animi patientia et fortitudo, quâ omnes regum et idololatrarum persecutiones generosè sustinuit et superavit, imò omnes sacerdotes Baal occidit, c. 18. Quinta, zelus honoris et cultûs divini, qui eum ad omnia certamina cum rege et Baalitis ineunda compulit, unde ipse ad Deum ait: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel, etc., prophetas tuos occiderunt gladio; derelictus sum ego solus, et quaerunt animam meam*, cap. 19, 14. Hinc Elias à nonnullis vocatur angelus, ac de Joanne Baptistâ ait angelus, quod præcedet Christum in spiritu et virtute Eliæ, Luca 1. Hinc raptus est Elias, ut præcurrat Christum ad iudicium, certetque contra Antichristum, à quo proinde occidetur et martyrio laureabitur Jerosolymæ; sed tertiâ die coram toto populo gloriosè à morte resurget et conscendet in cælum, ut dixi Apocal. 11, 3. Denique vide elogia Eliæ apud Eccl. cap. 48, 1: *Surrexit, inquit, Elias quasi ignis, et verbum ejus quasi facula ardebat*. Vide ibi dicta. Fuit enim Elias totus igneus et fulmineus.

Hinc allegor. Elias fuit typus Christi, qui verè fuit *Elias*, id est, *Dominus Deus*. Christus enim instar Eliæ magna certamina ha-

tiatum esse supplicium his qui à divinâ lege ac religione defecissent, ut mutato æreo cælo in ferream naturam sitirent agri pluviarum defectu, et legis religionisque desertores

buit de fide Messie cum Scribis et Pharisæis, ac continuas ab eis persecutiones sustinuit, tandemque mortem crucis, sed ab eâ die tertiâ gloriosus resurrexit, et die 40 in cælum conscendit. Ita Angelom., Eucher., Rupert. et alii.

Denique Elias fuit dux et princeps prophetarum cæterorum, atque hæc de causâ unâ cum Moysè legislatore apparuit in transfiguratione Christi, eique nomine omnium prophetarum testimonium perhibuit, quod ipse verus esset Messias ab eis prophetatus, Matth. 17.

THESBITES, oriundus ex *Thesbâ* vel *Thesbe* vito, sito in tribu Gad inter Jaaba et Saron, ait Adrichom. in Descrip. terræ sanctæ; hinc S. Epiphani., Dorotheus, Isidorus, Metaphrastes et alii in Vitâ Eliæ docent Eliam natum in Thesbe, quæ Arabia est contermina. Audi S. Epiphani.: « Elias ex Thesbis erat è continente Arabia; morabatur autem in Galaad, quoniam Thesbis erant ædes sacerdotibus consecratae destinatae. » Sed clarior Metaphrastes: « Elias, inquit, à sacerdotibus (Hierosolymitanis scilicet, ad quos de visione consulendos Sobachus parens profectus est) appellatus est Thesbites — eò quod esset domus quæ sorte obtigerat, sacerdotibus, in qua is habitabat, virtutem exercens ab adolescentiâ, et flammam efficiens animam per ignem spirantem Spiritûs sancti gratiam. » Falluntur ergo Abul., Hugo, Lyran., qui censent Eliam oriundum ex urbe Thebe, in qua occubuit Abimelech Gedeonis filius, Judic. 9, 50. Thebe enim erat in tribu Ephraim juxta Sichem; Thesbe verò patria Eliæ erat trans Jordanem in Galaadite, puta in tribu Gad. Quare Elias videtur fuisse Gaddita, indeque nascendo viriles, fortes et militares hausisse spiritus. Tales enim erant Gadditæ, juxta illud Genes. 49, 19: *Gad accinctus* (hoc enim Hebraicè significat *Gad*) *præliabitur ante eum, et ipse accingetur retrorsum*.

Porro, *Thesbites* Hebraicè idem est quod *captivans*, vel *convertens*, ait Angelom. et alii. Elias enim captivavit et convertit cor patris in filios, et cor filiorum ad patres eorum, ut ait Malach. cap. 4, v. 6. De nativitate et educatione Eliæ hæc habet Dorotheus in ejus Vitâ: « Cum nasciturus esset Elias, pater ejus Sabacha vidit illum ab angelis albicantibus saluari, et igne tanquam fasciis involvi, et flammâ ignis veluti cibo ali, et Hierosolymam profectus, rem istam indicavit, dictumque illi est ex oraculo, ne timeret; fore enim ut puer nasciturus in luce habitaret, et quæ diceret, firmam sententiam haberet, et judicaretque Israelæm in gladio et igne. » Eundem habet S. Epiphani. et Metaphrastes in Vitâ Eliæ.

IN CUJUS CONSPECTU STO. Septuag.: *Cui astiti coram eo*, Chald.: *Ante quem ministro*, q. d.: Ego semper mente Deum habeo præsentem, conorque illum amare, laudare, revereri, et que per omnia placere, ideòque illum invocavi

longâ fame et lentâ tabe consumerentur. Vers. 24: *Sit cælum, quod supra te est, æneum; et terra, quam calcas, ferrea; det Dominus imbrem terræ tuæ pulverem, et de cælo descendat su-*

et invoco, ut mihi hanc potestatem sistendi laxandique pluvias, ad evertendum cultum Baal, concedat, uti de facto concessit. Nec enim Elias juraret ita fore, nisi Deus ei id concessisset eumque fecisset quasi dominum aeris. Unde exclamat Eucher.: « Magna vis propheticæ dignitatis humanus sermo est, divinus effectus. In terris homo loquitur, et imperio ejus cælestes obediunt potestates. Commovit omnem creaturam unus sermo prophetæ, et miro modo humi sonans ærea cælumque concussit; turbatus est humani ministerii ordo, et à seculis instituta elementorum harmonia contabuit, cum sicco humidum, calido frigidum negaretur; sed elementa pœnam suam læta suscipiunt, dummodò vel in salute hominum, vel in honore proficiat conditoris. »

SI ERIT ANNIS HIS ROS ET PLUVIA. Hebr. *si*, idem est, quod *non*. Causam dat auctor de Mirabil. Script. lib. 2, cap. 15: « Quatenus, inquit, qui Deum per mala in terrâ exacerbassent, cæli clementiâ et aeris commoditate carerent. »

NISI JUXTA ORIS MEI VERBA. Ut nulla futura sit pluvia, nisi quando ego verbis et precibus meis illam adduxero. Concionatoriè S. Chrysost. homil. 1 de Eliâ, ait eum ex rigido zelo vindicandi idololatram, noluisse Deo (utpote quem misericordem, facile precibus flectendum ad dandam veniam et pluviam sciebat) relinquere, sed sibi reservari, utpote qui jam mentem obfirmarat de non dandâ idololatris veniâ, nec pluviam. Quare ipsum tandiù precibus Deum fatigasse, donec id ei concederet, quo obtento constanter et severè edixisse: Juro per Deum, quod non pluet, nisi quando ego voluero; non volam autem, nisi sacerdotibus Baalitis occisis, et cultu Baal subverso, ut patet cap. 18, 41. Hæc S. Chrysostomus. (Corn. à Lap.)

Elie de Thesbe dit à Achab: Je jure par le Seigneur, le Dieu d'Israel, devant lequel je suis présentement, que pendant ces années il ne tombera ni rosée ni pluie, que selon la parole qui sortira de ma bouche. Elie, cet homme éminent entre les prophètes, et ce zélé défenseur des lois divines, avait sans doute repris Achab dès auparavant, selon que l'a cru un interprète, et le voyant sourd aux avertissements qu'il lui donnait, il lui parla tout d'un coup avec cette force que lui inspirait l'ardeur de l'amour qu'il avait pour Dieu: Je jure, s'écria-t-il, par le Seigneur, le Dieu d'Israel, devant lequel je suis présentement, qu'il ne tombera ni rosée ni pluie; ce serment d'Elie est très-remarquable. Saint Grégoire pape dit que toutes les fois que nous nous représentons vivement la puissance de notre Dieu et de notre Créateur, nous sommes d'une manière particulière en sa présence, et que c'est de cette sorte que le saint prophète entendait qu'il était alors en la présence de Dieu. Il dit encore qu'il y a une autre manière de demeurer en la présence du Seigneur, selon

per te cinis, donec conteraris. Cogitabat tamen Achab Josuanam diram imprecationem, quia recentior esset, habuisse vim, et instauratoris Jerichuntinorum mœnium potuisse fun-

la force de ces paroles du grand Apôtre : *Qui stat, videat ne cadat*, (que celui qui est debout, prenne garde de ne pas tomber.) Et selon ces autres du même Apôtre : *Sic state in Domino, charissimi*, (demeurez toujours fermes dans le Seigneur, mes très-chers frères.) Et qu'ainsi Elie, qui était ferme de cette humble fermeté devant Dieu par la vie pure et les mœurs saintes où la grâce le soutenait, pouvait dire véritablement : *Vivit Dominus, in cujus conspectu sto*. (Vive le Seigneur, en la présence duquel je demeure ferme,) sans me détourner de la vérité, qu'il m'oblige d'annoncer, soit par crainte, soit par complaisance pour les puissants de la terre. Mais nous pouvons ajouter encore une troisième manière en laquelle on doit entendre qu'Elie et les autres saints sont toujours en la présence de Dieu, qui est celle dont parlait David, lorsqu'il disait : *J'ai le Seigneur toujours présent devant moi, parce qu'il est à ma droite, de peur que je ne sois ébranlé*. C'est-à-dire, qu'il regarde Dieu comme ayant toujours les yeux ouverts pour le protéger, et qu'il tenait aussi lui-même sa vue toujours fixée sur son éternelle volonté pour l'accomplir.

L'Apôtre saint Jacques semble nous faire connaître la raison de cette grande assurance avec laquelle le saint prophète parla à l'impie Achab, en lui déclarant qu'il ne tomberait aucune pluie sur la terre que selon sa volonté, lorsqu'il témoigne que ce fut par la force de sa prière qu'il ferma d'abord le ciel, et qu'il l'ouvrit dans la suite. « Elie, dit ce saint Apôtre, « était un homme sujet comme nous à toutes « les misères de la vie, et cependant ayant prié « Dieu avec une grande ferveur qu'il ne plût « point, il cessa de pleuvoir sur la terre durant « trois ans et demi. Et ayant prié de nouveau, « le ciel donna de la pluie, et la terre produisit « son fruit. » Au lieu donc que la plupart des autres prophètes se contentaient de dire aux hommes de la part de Dieu ce qu'il les chargeait de leur déclarer, celui-ci, tout embrasé d'un zèle divin pour la gloire de son Maître, qu'il voyait foulée aux pieds par les impies, les menaçait de lui-même, et obtint de Dieu, par la vertu de sa foi, l'effet des menaces qu'il leur avait faites. (Sacy.)

Le prophète Elie fut suscité de Dieu pour reprocher à Achab, roi d'Israël, son idolâtrie et ses autres crimes, et pour lui en prédire la punition. Les incrédules ont affecté de peindre ce prophète comme un homme vindicatif, cruel, séditionnaire. Ils ont attribué à son mauvais caractère les calamités qu'il annonça, et qui arrivèrent en effet. Mais, comme ces calamités étaient des fléaux de la nature, Elie pouvait-il en être l'auteur sans miracle? Et si les prodiges qu'il a opérés sont surnaturels, n'est-ce pas le comble de l'aveuglement de le regarder comme un méchant homme? Il y a plus : Voltaire voudrait nous faire révoquer en doute l'existence même de ce prophète. « Quelques savants, dit-il, « prétendent qu'Elie n'est qu'un personnage

dités delere familiam; at Mosalca diras et cœlestes minas præ antiquitate suâ extabuisse prorsus; et sicut vinum vetus evanuisse aut sicut mustum fervens principio despuisse furorem, et fumantes spiritus compressisse. Atque ideò nihil jam esse timendum eorum, quæ per Moysen olim Deus Israelitico populo denuntiasset. A quâ cogitatione et spe fallaci, ut regem et populum deduceret Elias, offert se ultrò, et talia nunc minatur, qualia olim Moyses, ut intelligat antiquas esse minas, non antiquatas, et illis obsecutas olim, et nunc etiam obsecuturas nubes, si tales esse pergant, quales nunc inceperunt. Ab hæc sententiâ non procul abiit Cajetanus, neque ego commodior aliam rationem invenio. Quomodo Deus propter hominum peccata terram reliquerit arentem à pluvîâ, docuit supra trium annorum inducta fames propter violatam Gahonitidis à Saùle fidem, 2 Regum cap. 21, et apud Zachariam et Aggæum hoc ipsum aliquoties contigisse discimus.

VIVIT DOMINUS DEUS ISRAEL, IN CUJUS CONSPECTU STO, SI ERIT ANNIS HIS ROS ET PLUVIA, NISI JUXTA ORIS MEI VERBA. Edoctus, credo, fuerat, et instructus à Deo propheta, ut talia tam prædiceret impavidè, neque de minarum exitu dubitaret. Quare affirmat audacter tamdiù in nubibus continendas esse pluvias, quamdiù

« allégorique, et qu'il n'y eut jamais d'Elie; « mais si Elie exista... jamais Juif ne fut plus « barbare. » Ces prétendus savants sont, sans doute, mieux instruits de l'histoire des Juifs qu'on ne l'était il y a dix-huit siècles, lorsque l'apôtre saint Jacques écrivait qu'Elie fut un homme mortel et semblable à nous, lorsque Josephé racontait dans ses Antiquités tout ce que nous lisons dans les livres des Rois, lorsque Jésus-Christ le proposait aux Juifs pour exemple. Ils sont mieux instruits qu'on ne l'était il y a plus de deux mille ans, lorsque l'auteur de l'Écclésiastique faisait l'éloge de cet envoyé du Seigneur. Ne faut-il pas renoncer au bon sens, et n'écouter que la haine et la passion, pour prendre pour une allégorie des récits simples, concis, écrits tandis que le royaume des dix tribus subsistait? Elisée, disciple et successeur d'Elie, est mort vers l'an 838 avant notre ère, 118 ans avant l'extinction totale du royaume des dix tribus. D'où il suit que l'auteur du troisième livre des Rois et celui d'une bonne partie du quatrième ont vécu plus tard dans le siècle qui a suivi celui d'Elisée. Donc les actions et les miracles d'Elie et d'Elisée étaient des faits encore récents, publics et notoires dans les royaumes de Juda et d'Israël, lorsqu'ils furent décrits; donc le critique qui les nie, et qui révoque en doute l'existence du prophète qui les a opérés, pêche autant contre les règles de la saine critique que contre la religion. (Duclot.)

ipse voluerit, quasi suâ sibi manu dispensaturus esset cœlestes imbres. Quod, quò magis regis et aliorum animos compungat, et proposito metu deterreat à peccando, interposito atque iterato juramento confirmat. *Vivit Dominus*, juramentum est, quod idem valet atque per Deum vivum, Deum videlicet verum, quem colit Israel: nam alii, quos colebat Achab populusque gentilicus, mortui sunt. Aut certè tam erit hoc verum, quàm verum est Deum esse viventem. Illud etiam: *In cujus conspectu sto*, speciem habet juramenti: quale est illud Pauli: *Coram Deo, quia non mentor*, licet hic non videatur juramentum esse à priori diversum.

Orasse porrò Eliam ut compressis in nubibus imbribus, fames dura peccatores homines vexaret, ut vel adactis stimulis excitati, à quo esset salus, atque satietas speranda, cognoscerent, sentiunt communiter auctores, quod sanè necesse est, quando id Scriptura disertis verbis docet. Ita Jacobus, Epist. can. cap. 5, v. 17, ubi cum magnam esse diceret orationis vim, exemplum attulit Eliæ: *Elias homo erat similis nobis, passibilis, et oratione oravit ut non plueret super terram, et non pluit annos tres et menses sex*. In eâ oratione impetravit à Domino quod voluit, et ex eâ promissione audaciâ conceptâ, cum rege insolente et barbaro sic egit audacter, ut nemo cum plebeio atque vulgari homine egisset audaciùs. Eccles. 48: *Et surrexit Elias propheta quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat*. Quantâ audaciâ cum Deo, quàm præfractè ageret Elias, ita ut neque à Deo videatur cohiberi potuisse quominus severè mulctetur populus ingratus, et à Domini complexu et religione transfuga, docet Chrysostomus tom. 1, hom. 1 de Eliâ, ubi mirus est Chrysostomus in amplificando Eliæ zelo, qui alicui videri posset neque satis piè, neque satis prudenter, ad vindictam inflammatus: sic enim agit apud Chrysostomum zelo ad peccatorum supplicium inflammato, ut nolit rem totam Deo integram relinquere, qui illius misericordiam facillè putabat inflectendam ad veniam; sed de re totâ sibi pro suo arbitratu esse decernendum; de cujus severitate nihil à quoquam remittendum esse sibi persuaserat. Quod cum à Deo offirmatâ, ne dicam obstinatâ oratione tandem extorsisset, dixit audacter datam sibi esse in æreum cœlum à Domino potestatem et claves, ut cum liberet, clauderet nubes, aut aperiret ad pluviam.

Cur Elias, imò cur per Eliam Deus Achab et idolorum cultorem populum pluviarum de-

fectu, et longâ fame mulctare voluerit, eam rationem adducit Joannes episcopus Hierosolymitanus cap. 9 tom. 9, bibliothecæ veterum Patrum: quia populus ille Baalem deum esse putabat pluviarum, et illius beneficio credebatur fœcundos esse campos, et hominibus cibos abundè suppetere. Quod videtur Deus significasse Osee cap. 2, v. 8: *Et hæc nescivit, quia ego dedi ei frumentum, vinum et oleum: et argentum multiplicavi ei, et aurum quæ fecerunt Baal*. Sic autem ibi Joannes Hierosolymitanus: « Ob hoc « volens Elias tunc regi Achab et populo Israel « ostendere illum verum esse Deum, quem ipse « colebat, et Baal esse falsum deum, quem rex « instigante reginâ noviter à populo adorandum introducebat, prædixit eis in verbo Domini quòd quantumlibet invocarent Baal, « pluviam eis largiri non posset: neque annis « illis ros, aut pluvia descenderet, donec pro « hoc ipse Elias Deum Israel peroraret. »

VERS. 5. — RECEDE HINC, ET VADE CONTRA ORIENTEM, ET ABSCONDERE IN TORRENTE CARITH (1).

(1) Le Seigneur s'adressa ensuite à Elie, et il lui dit: Allez vous cacher sur les bords du torrent de Carith. Vous boirez là de l'eau du torrent, et j'ai commandé aux corbeaux de vous nourrir en ce même lieu. Saint Augustin expliquant toute cette histoire, qui regarde Elie, exhorte son peuple à ne se pas attacher si fort à la lettre, qu'il néglige le sens spirituel qu'elle renferme. Si l'on s'arrête à l'histoire seule, on voit un prophète que Dieu oblige de se retirer dans le désert près d'un torrent, pour se soustraire à la fureur des impies, et qu'il s'engage de nourrir par le ministère des corbeaux, qu'il envoie effectivement lui porter tous les matins et tous les soirs du pain avec de la chair pour sa nourriture. Ce miracle était sans doute très-grand, et reprochait même aux persécuteurs impies des saints prophètes, qu'ils étaient plus insensibles à la volonté de Dieu et à la piété de ses serviteurs, que les oiseaux les plus carnaciers.

Mais cela n'empêche pas que saint Augustin n'assure qu'en se contentant du sens littéral, sans passer jusqu'à l'esprit, on n'en retire que très-peu d'édification. *Si enim hoc tantum volumus intelligere quod sonat in litterâ, aut parvam, aut nullam ædificationem capiemus*. Il dit que tout ce qui se passait alors était véritablement une figure de ce qui devait s'accomplir après, et que l'image ayant précédé dans la Judée, la vérité s'est manifestée en nous par la grâce du Sauveur. « Elie donc, dit ce grand saint, a « figuré Jésus-Christ. Car, comme l'ancien Elie a « été persécuté par les Juifs, aussi le véritable « Elie, notre Seigneur et notre Sauveur, a été « depuis réprouvé et condamné par les mêmes « Juifs. Elie s'éloigna d'avec son peuple, et Jésus-Christ abandonna la Synagogue. Elie se « retira dans le désert et Jésus-Christ est venu « aussi dans le monde comme en un désert. « Elie fut nourri dans sa solitude par le ministère des corbeaux, et Jésus-Christ a été

Non videtur Elias expectasse quid rex ad hasce minas responderet, aut etiam quo esset affectus animo, sed abiisse è vestigio à regis conspectu. Quem Dominus, ut regio subduceret furori, et de cibo provideret, quem ipse furente rege, et cum ipso populo graviter commoto, neque tutò, neque commodè parare sibi poterat, in secretum locum abire jussit ad plagam orientalem, et eam partem torrentis Carith, quæ proximè spectat Jordanem, ubi opportunè erant latebræ, et paratus è torrente potus. De cibo verò dixit sibi jam corvorum ministerio fuisse provisum, quibus jam id datum esset negotii, ut quotidie stans horis opportunum afferrent alimentum. (1)

« comme nourri dans le désert de ce monde
« par la foi vive des gentils. Car ces corbeaux
« qui servaient par l'ordre de Dieu son saint
« prophète, figuraient le peuple des infidèles ;
« ce qui fait dire de l'Eglise des gentils, qu'elle
« est noire comme les corbeaux, mais qu'elle est
« belle, c'est-à-dire, qu'étant noire par sa nature,
« elle est rendue belle par la grâce. Car
« l'Eglise des gentils était véritablement semblable
« aux corbeaux, lorsqu'elle avait du mépris de Jésus-Christ
« durant sa vie, et qu'avant qu'elle eût reçu la lumière et la
« grâce de la foi, elle s'attachait charnellement
« aux idoles inanimées, comme ces corbeaux à
« la chair des bêtes mortes. Verè Ecclesia gentium
« corvis similis erat, quando viventem Dominum
« contemnebat, et ante acceptam gratiam
« velut morticinis cadaveribus idolis ministrabat. »
Il est donc très-important, selon la pensée de saint Augustin, de ne pas envisager seulement ce saint prophète comme un homme juste que la violence des impies obligeait de se retirer, et que Dieu même prenait le soin de nourrir d'une manière si miraculeuse, puisque saint Jean, qui était plus grand que lui, n'a pas eu besoin de ce miracle pour vivre dans les déserts, où le miel sauvage et les sauterelles suffisaient pour sa nourriture, mais encore de le regarder comme l'image du chef même de tous les justes, afin que tout ce qui se passe d'extraordinaire à son égard, se rapporte d'une manière spirituelle à celui dont il était la figure. Aussi saint Ambroise expliquant de Jésus-Christ ce que l'Écriture dit d'Elie, et des gentils ce qu'elle dit des corbeaux, témoigne qu'ils ont nourri Jésus-Christ figuré par ce prophète, en croyant en lui par la foi, et en croissant dans la piété ; que le pain qu'ils lui apportaient le matin, et la viande qu'ils lui apportaient le soir, marquaient peut être d'une manière figurée ce qu'a dit depuis saint Paul aux fidèles de Corinthe, qu'il leur réservait pour la fin la viande la plus solide. *Dat ei succum fides nostra. Dat ei alimentum noster profectus. Fortasse idè deferrebant ad vesperam carnes, quasi fortiores cibos, quos infirmi ingenio Corinthii non poterant sumere.* (Sacy.)

(1) VERS. 4. — CORVIS PRÆCEPI UT PASCANT
TE IBI. Hebræum Horebim reddunt quidam Arabes : Arabibus præcepi, ut pascant te ibi. Ipse pariter Vulgatæ auctor vocem hanc origina-

VERS. 6. — CORVI QUOQUE DEFEREBANT EI PANES, ET CARNES MANE (1). CORVOS HOS ESSE VERÈ

lem reddidit interdum Arabes. Alii vertunt mercatores, et quidam incolas urbis Arabo, propè Bethsan ; que sanè à Carith longius removenda non est. Hinc interpretes ducuntur, quòd censeant corvum ineptum esse animal ad munus sibi à Deo destinatum, annonam scilicet prophetæ suppeditandi. Avis est vorax, avida, carnivora, maligna, et quod caput est, impura. Quis igitur credat, Deum hujusmodi avi commisisse alendum Eliam ? Respondemus, admissis licet iis, quæ de corvo minus apto ad rem asseruntur, nihil convinci, quasi scilicet Deus in argumentum virtutis suæ avem hanc destinare non potuerit. Nonne meliùs tunc Deus sentitur, cum ineptissimis instrumentis utitur, ut concilia sua impleat ? Sed neque ad has angustias necessitate cogimur. Avis est corvus solitaria, quæ prædà et carnibus vivit, quæque torrentes amat ; quare et aptissima indagandis locis, quò deducebatur à providentiâ, ut panem et carnes ad alendum prophetam reperiret. Impuram avem declarans lex, non nisi ejus cadavere et usu carniū interdicat ; neque enim ipsa per se viva avis, et quidquid ab illâ tangitur, continuò immundum est. Denique qui ritus caremoniales statuerat Deus, leges ille suas solvere potuit pro Eliâ. Hominum puerorumque à belluis nutritorum exempla crebrò in historiâ suppeditantur. Narrat S. Hieronymus, corvi ministerio quotidianam dimidii panis annonam delatam fuisse ad S. Paulum, eremicolarum primum ; quem cum semel convenisset S. Antonius, alius eremicola, ad adventum ejus, militibus suis Christus duplicavit annonam.

Dieta hæc accipi nequaquam possunt de Arabibus, quorum regio secundum torrentem Carith nequaquam excurrit, nec de populis occidentalibus, eò quòd torrens idem Carith in regione Israelitica fluere. Insuper nec incolæ Jordanis sub Araborum sive Occidentalium nomine designati unquam occurrunt.

Exponenda sunt ergo de corvis nidificantibus in montibus et saxis torrentem Carith munientibus. Porrò genus hoc avium, sicut et prædatrices quæque, pro familiari sibi more carnes, pisces, et quidquid ad escam pro se suisque valet comportant ad nidos suos, ex quo penè providere sibi quisque in commodum suum potest. Cujusmodi exemplum habemus præstò in monasterio S. Montis apud Remiremontium, ubi prædatrices aves in porrecto monte deponunt nidos, et in nidis pisces, aves, et id generis plura, quantum valet ad alendos pullos suos, et superest etiam pro monachis ejusdem cœnobii, quantum sibi commodum ducunt. Vide *Spectacle de la nature*, tom. 2.

Quæ de Eliâ hic disseruimus, valent etiam ad explicandum prodigium illud corvorum S. Paulum eremicolum in solitudine alentium, cujus rei totum miraculum in eo versabatur, quo Dei providentiæ beneficio de ope opportunâ vir sanctissimus provideretur. Vide *Spectacle de la nature* tom. 2, pag. 313 ; et *Mémoires de la vie de M. Auguste de Thou*, l. 4, pag. 116 ; et Raii *Synopsis Meth. avium*, pag. 6. (Calmet.)

(1) Tropolog. vide hic, et revereremiram Dei in suos fideles providentiâ ; corvi enim Deo

non est cur aliquis dubitare debeat, cum id apertè doceat Scriptura, neque necessitas ulla cogat ad explanationes transfugere metaphoricæ. Quidam angelos esse existimârunt, qui as-

instigante quotidie his apportabant panem et carnes Eliæ, scilicet manè ad prandendum, et vespere ad cœnandum. Angeli autem hos panes et carnes apparabant, idèque meliores et sapidiores erant nostris, qui à pistoribus et cocis apparantur, juxta illud psalmi 77, 25 : *Panem angelorum manducavit homo* ; mox eosdem corvis ad Eliam deferendos dabant, eosque continebant ne illos attingerent, ac impellebant ut ad Eliam intactos deferrent. Nam, ut in Vita S. Onuphrii legimus, Deus et angeli singularem habent curam eremitarum, qualis erat Elias, eò quòd ipsi omnia deseruerint, et ab omnibus sint deserti, juxta illud : *Tibi derelictus est pauper, et orphanus tu eris adiutor*, psalmo 9, 14. Quocirca S. Basil. homil. 8 in divites avaros : *Carmelus, ait, mons sublimis ac desertus Eliam habuit, cui viaticum cibusque fuit spes in Deo ; et cum ita viveret, fame tamen extinctus non est, sed avium rapacissimi, corvi, cibum ei attulere, et qui alienas solebant escas invadere, viro justissimo ministri fuere ; naturæ quoque oblitus, in pane carneque ei afferendis Dominico præcepto paruerunt.*

ET CARNES. Deus ergo non tantum panes ad vitam necessarios, sed etiam carnes ad lautitiam pro obsonio Eliæ submittebat. Quærit Abulens. quid comederit Elias diebus jejuniorum, quibus non licet vesci carnibus, ac respondet eum comedis quidquid corvi afferbant ; Deus enim mittendo carnes ad Eliam, hoc ipso eum eo in jejuniis dispensabat, volebatque ut eas comederet, ac dono suo tam liberali frueretur, ne frustra eas misisse videretur.

Allegor. S. Prosper. lib. 2 de prædict. et promiss. cap. 28 : *Panis Eliæ, inquit, est corpus Christi quod Judæi ut corvi gentibus ministrârunt, carnem in crucis ligno decoctam gentibus præparantes, ac ut corvi unâ et raucionâ voce clamantes ad Pilatum : Crucifige, crucifige eum.*

Aliter S. August. serm. 101 de Tempore, ubi omnia gesta Eliæ allegor. applicat Christo et Ecclesiæ : *B. Elias inquit, typum habuit Domini Salvatoris. Sicut enim Elias à Judæis persecutionem passus est, ita et verus Elias Dominus noster ab ipsis Judæis reprobatus est et contemptus : Elias reliquit gentem suam, et Christus deseruit Synagoga ; Elias abiit in deserto, et Christus venit in mundum ; Elias in deserto corvis ministrantibus pascebatur, et Christus in deserto mundi hujus gentium fide reficitur : corvi enim illi, qui beato Eliæ, jubente Domino, ministrabant, gentium populum figurabant. Propterea et de gentium Ecclesiâ dicitur : Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem. Unde nigra ? Ecce in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea. Unde formosa ? Asperges me hyssopo, et mundabor ; lavabis me, et super nivem dealabor. Et mox : Verè Ecclesiâ gentium corvis similis erat, quando viventem Dominum contemne-*

sumptâ corvorum specie, quamdiu mansit in torrente Eliæ, ministrârunt ei. Quâ de re latè Abulensis q. 15 et quæst. 16, ubi veros esse corvos existimat, non tamen negat adfuisse quoque angelorum aliquod ministerium et curam. Putat enim non improbabile cibos illos, qui quotidie afferebantur à corvis, esse de regis mensâ, et egregiè conditos, sublatoque per angelos indè, et in locum aliquem delatos, unde corvi ad Eliæ latebras, et diversorium deducerent. Quòd si ita est, ut non temerè conjectat Abulensis, non solum sufficientem, sed etiam lautum et regiū cibum à Dei providentiâ liberali, et à corvino ministerio suscipit Elias. Augustinus lib. 2 de Mirabilibus cap. 15, ignorare se dicit undenam corvi cibos illos attulerint.

De hac miraculâ Dei providentiâ, deque corvorum in alendo prophetâ ministerio multa dicunt, multa meditantur interpretes sanè cogitatu dignissima ; quæ huc adducere non gravatè, nisi illorum pleraque in Glossam, quam vocamus ordinariam, nuper locupletatam viderem esse congesta, ubi ex Ambrosio non pauca, ex Chrysostomo quamplurima coacervata sunt. Afferam tamen unum aut alterum locum Chrysostomi ex his quæ habet Glossa recentior, quæ magis explicant qualiter pluriâ defectu premantur idololatræ, et Dei in Eliam providentiâ miraculam. Prior locus est homil. 2 de Eliâ tom. 1 : *Cum Elias propheta sanctissimus populum prævaricatum aspiceret, cumque Baal, et lucos despecto Domino coli à sacrilegis pervideret, cumque creatore despecto figmentis sese, nemoribusque omnis populus addixisset, zelo Dei commotus Judæam terram siccitatis sententiâ, et pluviarum sterilitate addixit. Tunc subito anhelat terra, siccatur cœlum, sitiunt omnes,*

bat, et ante acceptam gratiam, velut morticinis cadaveribus, idolis ministrabat. Symbol. auctor Mirabil. S. Script. apud S. August., lib. 2, cap. 17 : *A corvis, ait, ministrari prophetæ præcipitur, ut scilicet culpam, quam in diluvio commiserat in terrâ, purgare avis illa videretur, dum ut fidelis minister efficitur Eliæ, qui negligens et fallax erat ante Noe. Præterea quoque in hoc ministerio illud etiam ostenditur, qualiter homo si non peccasset, etiam infructuosorum animalium nunc ministeriis uteretur. Unde verò eas carnes et panes ille corvus detulerit, ipse viderit qui tale officium committebat. In quo tamen intuentum est quòd ex aliquorum hominum scientiam aut necessitatem industriâ corvi hæc acciperent, qui coctos panes et carnes quaslibet qualitercunque præparabant.* (Corn. à Lap.)